

Band VII., Nr. 2302, Seite 212-214

Ritter Konrad von Eichelbach befreit den Hof des Klosters Herrenalb zu Eichelbach von allen ihm seither zustehenden Abgaben, Diensten und Lasten gegen Bezahlung von 30 Pfund Heller unter Vorbehalt des Wiederlösungsrechts nach 3 Jahren.

Moosbrunn, 1272. November.

Pateat universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris^a, quod ego Cunradus miles de Eichilbach^b cum petitiones sive exactiones in villa mea Eichilbach facerem consuetudine militari, dominus . . abbas et conventus de Alba super curia sua in predicta villa et districtu meo sita indebite se gravari causabantur contra meas, quas pro me introduxi, ^cantiquas et diu observatas consuetudines quasdam libertates suis contentas privilegiis allegantes. Habita itaque diu^d inter nos huiusmodi concertatione predicti monachi pro redimenda omnimoda vexatione curie antedictae triginta libras Hallensium^e michi accomodaverunt interpositis condicionibus subnotatis, videlicet quod a festo sancti Martini nunc instanti ad tres annos secuturos plenos id iuris, quod habere visus sum in bonis ipsorum, redimere nullatenus potero quantumcumque fuero pecuniosus, triennio vero elapso liberum erit mihi vel meis iustis heredibus, quandocumque triginta libras^f proprias et sine dolo vel fraude habitas, que non extraneum inducant vexatorem^g, obtulerimus, ius nostrum, quod die huiusmodi conportationis habuimus, recuperare, monachorum, quod in eadem die vel ante habebant, nichilominus iure salvo. Nec pretereundum, quod si forte aliquo casu emergente sepredictam villam obligare vel vendere me contigerit in parte vel in toto alicui digniori me seu inferiori vel etiam conpari, eundem inpignoratorem vel emptorem, nisi prius dictis monachis sine diminutione triginta libras Hallensium persolverit, ad custodiendam inviolatam libertatem per me ipsis concessam sic astringam bona fide, quod non ipsos super eisdem triginta libris Hallensium et violata libertate me vel meos heredes vel etiam ipsum violatorem contingat denuo reconvenire, quod de iure facere poterunt, coram iudice ecclesiastico vel seculari. Additur etiam, ut nec mihi nec meis successoribus predicta curia cum suis cultoribus

^aA': *futuris*.

^bA': *Eichelbach*.

^cIn A' fehlen die folgenden Worte *antiquas et diu observatas*.

^dA': *quas dam*.

^eA': *diu* fehlt.

^fA' fügt hinzu *Hallensium*.

^gA': *exactorem*.

II

de bonis quibuscumque ad eos pertinentibus et districtu predicto comprehensis teneantur ad aliqua servitia stipendiorum angariarum perangariarum vecturarum pullorum feni pabuli herbergen seu qualiumcumque exactionum nec propter hoc vel alia qualibet ex causa a communi usu silvarum pratorum pascuarum aquarum seu qualiumcumque commodorum etiam invitis rusticis debent vel poterunt aliquatenus coartari, cum de iure ipsius curie et eiusdem cultorum predicta semper communia fuerint et in perpetuum debeant permanere. Quicquid etiam in terminis curie sepedicte agris pratis seu aliis ad eam pertinentibus a quoquam hominum temeritatis, quod vulgo frevel dicitur, commissum fuerit, pena pecuniaria talibus ascripta ad monachos memoratos specialiter pertinebit. Talem dictis monachis faciens warandiam, ut si contra prescripta quicquam ex parte mea vel meorum^h seu successorum factum fuerit, quod sine scitu meo vel iussu dolo aut fraude perpetratum esse probare non potero, prestito super hoc iuramento, ad quod teneor, omni iuri et actioni in bonis prescriptis abrenuntio per presentes et ipsa bona perpetue dedita esse fateor libertati. In cuius rei evidentiam et robur presens scriptum dicto monasterio sigillis dominorum meorum de Ebersteinⁱ tradidi communitum^j. Testes: dominus C[unradus] abbas, C[unradus] prior, C[unradus] de Winsberg, Hartmūdus, C[unradus] de Megensheim, Sifridus, Fridericus, Marquardus monachi de Alba, Sifridus notarius, Ot^k de Schowenburg, V. de Rotenvels.

 Datum Mosebrunnen¹, anno domini MCCLXXII., mense Novembri.

—

Der Textabdruck folgt einer (A) der beiden erhaltenen Ausfertigungen, von denen A ursprünglich im GLA Karlsruhe, A' in Stuttgart lag.

 Bei A an weißen Leinenlitzten noch wohl erhalten die öfters beschriebenen Siegel der Grafen Otto von Eberstein und Simon von Zweibrücken, aus mit Mennig gemischtem Wachs; bei A', auf dessen Rücken *litera duplicata* steht, nur das Siegel des erstgenannten aus gewöhnlichem Wachs.

^hHier fehlt vielleicht *heredum*.

ⁱA': *sigillo domini mei Ottonis de Eberstein*.

^jA': *communitam*.

^kA': *Otto*.

¹Moosbronn, Bad Herrenalb, CW und Moosbronn, Gaggenau, RA.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 U 302

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 139, S. 175-177.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 480.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Moosbrunn

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Eichelbach Wüstung (25920)
 Eichelbach, Muggensturm, RA, W
 Moosbronn Aufgegangen (33512)
 Moosbronn Wohnplatz (5733)
 Moosbronn, Gaggenau, RA
 Moosbronn, aufgegl. in Bernbach, Bad
Herrenalb CW
 Mönshelm Wohnplatz (7054)
 Mönshelm, PF
 Oberkirch OG
 Oberkirch Gemeinde (11300)
 Rotenfels Wüstung (23233)
 Rotenfels, Oppenau, OG, W
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Weinsberg Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN